

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Clariss.uiro,P.Ebero [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

quando mihi scribas, aut aliquid per socerum signi-
ficaueris. Bene uale.

Clarifs. uiro, P. Ebero, συμφιλοσόφῳ, a-
mico suo & fratri charissimo,
S. D.

III, 121.

Etsi in tanta confusione orbis terrarum optan-
da mors uideretur: tamē cum in Ecclesia Dei uiua-
mus, nō decet nos fractos metu ἀπαλαστήριου. Ut
igitur me iubes curare ualeitudinem, ita uicissim te
adhortor, ut quanta diligētia humana effici potest,
tueare ipse tuam ualeitudinem: teq; & Ecclesie com-
muni & domesticę serues. Mihi temperātia unius
diei profuit: ac Platonicum illud sequor, quod quia
tibi quoq; profuturum esse iudico, adscribam: *διὸ
πάντα τὰ τοιαῦτα
λαβόντων ἀν' ἡ ἑσχολή, ἀλλὰ ὁ φάρμακον τὰς λαχόντων
ἀσθενειῶν.

Mitto tibi Ioachimi epistolam, ex qua intelligo
incolumem peruenisse in urbem Ieram, quod gau-
deo. Illud uerō δυσχρόνιον, quod cum nec tantas
dolendi causas habeat, quantas nos habemus, nec si
mili in periculo sit, nimum indulget mœsticię ac i-
racundię. De tuis rebus publicis scribito, quoties
habebis tabellarios. Bene uale. 3 Martij, An-

no 1547.

x 3 Ado-